



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculu[m] officii misse expositorium**

**Johannes <de Lambsheim>**

**Heidelberg, 1495.06.29**

Octo motiua ad libenter celebrandu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30862**

**Tabula Bonauenture cardinalis a celebrantibus missam diligenter consideranda**

**P**rimo intentionis discussio. ne propter timorem. auariciam. verecundiam. vanam gloriam. vel ex consuetudine celebret.

**S**ecundo est generalis contritio super commissis ore corde et opere. omissis que facere potuit. promissis que non soluit.

**T**ercio est pura confessio. notabilium. communium. et ignotorum peccatorum. **Q**uarto quod intendis facere. Quia deum per patriam colere. Deorum christi et eius charitatem memorari. Totam ecclesiam adiuuare. **Q**uinto quod intendis consequi principaliter. scilicet Augmentum dulcedinis dei. Inseparabilitatem visionis dei. **A**ccelerationem visionis dei.

**S**exto in canone habent tria. Diligentiam ad conficiendum corpus christi. Reuerentiam ad tangendum corpus christi. Deuotionem ad sumendum illud. **P**ropter continuationem et continentiam tam excellentis corporis christi. Excellentioris anime christi. Excellentissime diuinitatis christi. Quia fiunt in missa. Magna in signis. Magna in verbis. Magna in intentione.

**Q**uattuor requirunt ad digne communicandum scilicet. Carientia criminis. Diligentia examinis. reuerentia mentis. Et mundicia corporis.

**Octo sunt que trahere debent sacerdotem ad celebrandum.**

**P**rimum est delictorum remissio. ut per eam quasi per hostiam placationis a peccatis purgetur. Secundum est sue infirmitatis consideratio. ut christum ad se vocet per quem ab omni morbo curetur. **T**ercium est alicuius tribulationis pressura. ut per eam ab ea liberetur. **Q**uartum est desiderium alicuius gratie vel spiritalis beneficii intrinsecum petrandi.

30  
ut per eum cui patet nihil negat impetret et obtineat. **Q**uintum est gratiarum actio pro omnibus beneficiis temporalibus et spiritalibus sibi et alijs impensis. **S**extum quia est charitativa operatio proximi. quia pro salute est viuorum et mortuorum. **N**ihil quippe efficacius interpellat quam sanguis christi effusus in remissionem peccatorum. **S**eptimum est laus dei et honor sanctorum. cum nihil habemus quo possimus plus deum et sanctos et deum laudare quam christum sacramentaliter deo patri offerre et immolare. **O**ctauum est sitis et desiderium augende charitatis christi per augmentum gratiarum et carismatum. quia hoc sacramentum fonte continet omnium gratiarum: sanctificatorum et auctorem salutis scilicet dominum nostrum iesum christum. **I**deo dicitur eius charistia. id est bona gratia. **C**etera autem sacramenta fluunt sunt et riuuli gratiarum quibus sanctificamur. **S**it ergo intentio celebrantis. hoc sacramentum offerre pro profectu sancte ecclesie. pro salute propria et aliorum ad honorem dei et sanctorum. ut ecclesia in pace conseruetur. **A**d malorum deuotionem. bonorum conseruationem. ad animarum celeriore liberationem. et penarum ipsarum ablationem. **E**t pro alijs pijs causis.

**Effectus et fructus missae. xxi.**